



# De pyrope commentariolus ad Franciscum Alciatum

<https://hdl.handle.net/1874/323979>



827 (*Lat. 15.*) *Membr. 16<sup>o</sup>. 19 ff. Saec. XVI.*

**Benedictus Aegius Spoletinus, De pyrope commentariolus, ad Franc.**  
Alciatum.

Fuit Christophori Tantii Alciati. 1568. — „Nob. Virgo Sybilla Elisabetha  
op den Berge Davidi Flud van Giffen hunc libellum d.d. A<sup>o</sup> 1673.”

d. 1 2. Lat. 1

n°. 211

Aevum vetus.

Scriptores latini.

N° 10


Hs. 1  
Op. N. 31

geschenkt  
janv. 1981

827

Hs.  
1 G 31

Christophori tamly Alca



Nobilissima Virgo  
Sybilla Elisabetha  
op den Berge  
Davidi Flud van liffen  
hunc libellum dono dedic.  
Anno 1562 xxiii.

---

1568

ChristophoriFantj<sup>r</sup>  
Alzati

BENEDICTI AEGII SPOLETI-  
NI DE PYROPO COMMENTA-  
RIOLV , AD FRANCISCVN  
ALCIATVM

Qui Pyropum et Carbunculum do-  
ctissime Alciati' idem esse censue-  
runt, in maximum errorem in-  
cidisse omnium doctorum auctorum  
sententia affirmatum iri censio. Eo  
sanè in errore fuerunt infrascripti  
omnes viri alioqui doctissimi, et pri-  
mæ quidem nomenclatura: Horū



igitur ē numero, ut singulos nomine;  
primus fuisse censetur. Raphael  
ille cognomento Regius. Is enim i  
secundo Nasonis transformationū  
uolumine per initia statim, cum  
primum, secundumue eius operis  
carmen enarrat, Pyropum esse ait  
idem quod Carbunculum, nullo ta-  
men auctore id sententiae confirma-  
uit. Is autem quanta sit inter Py-  
ropum et Carbunculum multi pra-  
tij gemmam differentia penitus ne-  
scisse cum ceteris sue sententiae fa-

cilime iudicatur. Porro neq<sup>z</sup> Ludo-  
wicus ille Ariostus poeta insignis,  
quid sit Pyropum ex suis numeris  
uersibusq<sup>z</sup> Italice scriptis cognouis-  
se uidetur, cum ait Ouidium imi-  
tatus his uerbis.

Splende lo scudo a guisa di Pyropo.  
Quo in loco nescio quis enarrator  
sic Italice, Pyropo, dice è quella pie-  
tra che noi chiamiamo carbon-  
chio, detta cosi da Greci per ha-  
uer aspetto di fuoco. idemq<sup>z</sup> enar-  
rator Ouidij locum

sic materna lingua traducit.

Alto s'erge il regale ampio pala<sup>zzo</sup>  
del sole, e in su colone alte s'appoggia:  
splendono d'or le ricche mura intorno,  
Et di Pyropi si lucenti et chiari,  
che posson aguagliar le flame stesse.  
Sic ille quisquis fuerit imperite. Nā  
si cum, quid Pyropum sit, non la-  
tuisset, eam dictionem in multitu-  
dini numero minime usurpasset,  
nusquam enim Pyropū i<sup>aq</sup> in pluri-  
um n<sup>o</sup> neq<sup>z</sup> apud latinos neq<sup>z</sup> apud gre-  
cos legi uiceuando uisquam confir-

marim. Quia etiam cum quouis do-  
ctissimo viro uel pretioso pignore cer-  
tarim. Miror equidem id etiam la-  
tuisse et Transalpinos viros sine  
controversia peritissimos. Ce quid?  
non et Bataeus ille qui tot luculen-  
tissima monumenta literis pere-  
leganter posteris commendauit,  
quid Tyropum sit planè ignora-  
uit? Nam cum reliquis in tantū  
delapsus est ~~in~~ errorem Tacco  
Petrarchæ expositores Gesualdū,  
ac vellutellum grammaticos illius

lingua prima classis cum Petrar  
chæ in famæ triumpho explicaré  
locum illum.

Che fiammeggiava a guisa di pyrogo.  
Et ipse <sup>in</sup> insatia cloacam ambo pre:  
cipites illabuntur; quando com:  
muncem id est a uero longe ab:  
errantem opinionem sequuntur.  
Huc accedit et Beroaldi Bononi:  
ensis insignis aliqui grammata:  
tui testimonium hanc satis fi:  
dum, nec spectate fidei, quon:  
do illud Propertij carmen expo:

nere conatur.

Picta nec inducto fulgebat parma,  
Pyropo.

cum alijs sue professionis enarra-  
toribus decipitur. Qui si quid in-  
ducere significet, intelligebat, à  
communi sententia sine contro-  
uersia abhorruisset. Ceterum  
neq<sub>3</sub>. Albertus Abarissius ille cla-  
rissimus materna lingue gram-  
maticus in insigni illo suo lexico  
cum latinis, Italicisq<sub>3</sub> grammata-  
tibus eisdem inscitie laqueis scse'

implicauit, ubi communem lite-  
ratorum opinionem parum consi-  
deratam sectutus Pyropum Carbu-  
culum significare affirmat. Souia-  
nus ille umber meus, vir, ~~incompa-~~  
rabilis qd ex eruditionis nec ipse  
quid Pyropum esset, assecutus es-  
se uidetur, quando in tertia Lepi-  
dine sue pompa.

Cst illis, iquit adamante nouo uariata  
Pyropo.

Fibula concordis thalami felicia-  
uinela.

Hic ille inquam meus umber cum  
ceteris pro Carbunculo Pyropum  
posuisse uidetur. Hac hactenus, in  
quibus me opere pretium fecisse ar-  
bitror, ubi tot grammaticorum et  
insignum plane auctorum lapsus  
indicarim: pergam ad reliqua, ut  
quid plane sit Pyropum, et quan-  
ta nam inter Pyropum et Carbun-  
culum distantia sit, ex preclaris  
simorum rerum scriptorum au-  
toritate, ac sententia luce clari-  
us meridiana demonstrem, ut in-

ueratam iam pridem, atq; im-  
pressam tot insignium auctorum  
mentibus opinionem reuellam, ac  
porro suum cuiq; locum, digni-  
tatemq; restituam: et prius q.d  
carbunculus, dcinde quid Py-  
ropum sit, apertissime declara-  
bo. Sigitur ad rem descendamus.  
Carbunculus à Græcis δρόσεσ  
appellatur, de quo in insigni il-  
lo τεῖλιον commentario ita gre-  
ce commemorat Thesibrasius anno  
se'voe inquiens Λιτων ωσ-

περ εἰς πίνακας περιφύλακτος  
άκουεσθαι τὸν δύναται μάχην  
ταῦτα ακούειν καὶ απογειώσα  
τὸ εἴδεν οὐδὲν οὐδὲν. Εἶναι δια τοι  
φραστός hoc in loco lapidum ge-  
nus, cui a contrario sensu ex suo  
ex ingenio carbunculus omnino  
ignam vim, atq; ignem ipsum  
nequaquam sentit: ad has eadem  
gemmarum genera incendi nung  
ualent, neq; ab igne consumi, quod  
ex ingenio suo carbunculus humi-  
dus sit. Hac Theophrastus. Perro

Plinius libro naturalium historia:  
rum trigesimo septimo, gemmarum  
inquit principatum habent Carbi:  
culi ab ignium similitudine appella:  
ti, cum ipsi non sentiant ignes, ob  
id a quibusdam apyrobi vocati sunt.  
Quorum genera sunt, eiusdem testi:  
monio, Indici, et Garamantici, quos  
et Carchedonios vocauerunt propter o:  
pulentiam Carchaginis magnę. Ad:  
iiciunt Aethiopicos, et Alabandicos.  
in Orthosia caute nascentes, sed qui  
perficiantur Alabandis. Præterea

in omni genere masculi appellatur  
aceriores, ut feminę languidius re-  
fulgentes, in masculis quoq; obser-  
uante liquidioris alios flammę, nigri-  
oris alios, et quosdam lucidius, ac  
magis ceteris in sole flagrantes, op-  
timos uero aeneos, hoc est,  
quorum extremus igniculus in ame-  
thysti uiolam excat, proximos illis,  
quos uocant ouitilas pinnato fulgo-  
re radiantes, inueniri autem ubiqueq;  
maxime solis repercussu; satyrus In-  
dicos non esse caros dicit, ac plerunq;

sordidos, ac semper fulgoris retorride  
Aethiopicos pinguis, lucemq; non e-  
mittentes, sed conuoluto igne flagra-  
re, Callistratus fulgorem Carbuncu-  
li debere candidum esse posuit ex:  
tremo uisu nubilantem, et si ita at-  
tollatur, ex ardescen tem ob id à ple-  
risq; hunc Carbunculum candidū  
uocari, qui languidius, et liuidius  
ex Indicis lucentiis Zonulas appel-  
lari, Carechedonios multo minores  
esse, Indicos etiam minus sextary  
unius mensura cauari Archelaus

Carchedonios nigrioris aspectus esse.  
sed igne, uel sole, et inclinatione a-  
erius, quam ceteros excitari, eosde  
umbrante tecto purpureos uideri, sub  
coelo flammicos contra radices solis,  
et scintillare, ceras signantibus his  
liquefcere, quamuis in opaco. Hic  
Theophrastus ex eodem capite εἰδή-  
σθαι τὸν λαγώνα τινές δέ πι-  
νάτοις τίτεροι, οὐ γάμος μα-  
κρύνοντες. Multi Indios Carche-  
donijs candidiores esse, et è diuer-  
so hebetari seripsere, et in Carche-

donijs maribus stellas intus ardere,  
feminas uniuersum fulgorem funde-  
re extra se. Alabandicos ceteris ni-  
griores esse, scabrosqz. Nascuntur  
et in Thracia coloris eiusdem igne  
minime sentientes Theophrastus  
auctor est et in Orchomeno Area-  
die inueniri et in chio illos nigrio-  
res, e quibus et specula fieri. Esse et  
Trexenios uarios interuenientibus  
maculis albis. Item Corinthios ex  
pallidiore candidos et Theophra-  
stus a selas ioutos inquit ex noep-

Xedoyos, nū recaudariās. Hactenus  
de Carbunculis cum ex Pliniū, tum  
ex Theophrasti locis, ex quibus facili-  
lime intelligitur longe aliud Tyro-  
pum esse, et Carbunculum. Nam si  
Plinius, Theophrastusq; diuino in-  
genio viri, unam, cādemq; rem es-  
se Tyropum sensissent, iū minime si:  
lentie p̄tērisserent. Proinde uel hac  
duntaxat conjectura concludendū  
esse autūmō, longe aliud esse à Car-  
bunculo Tyropum, contraq; Carbū:  
culum à Tyrozo rem cīse longe di-

uersam. Ceterum Pyropum de-  
quo mox compluscula quædam di-  
cenda sunt, quibus luce meridiana  
clarior demonstraturus sum, ma-  
ximam esse inter Carbunculum,  
Pyropumq[ue] differentiam, sed age  
iam ad rem ipsam aggrediamur:  
et sicut Plinij testimonio, quid sit  
Carbunculus edocuiimus, ita ex eo:  
dem ipso summo, clarissimoq[ue] re-  
rum scriptore, quid Pyropum  
hactenus à paucissimis, ne dicam  
nullis cognitum, sit, patefaciamus.

Plinius igitur naturalis historie  
libro trigesimo quarto, ubi de aeris  
differentia peritissime scribit. Huc  
inquiens ad differentias aeris, et  
misturas reuertemur. In Cyprio  
coronarium et regulare est, utrūq;  
ductile coronarium tenuatum in  
laminas, taurorumq; felle tin-  
etum speciem auri in coronis bi-  
strionum præbet. Idemq; in úciis  
additis cum scrupulis senis præ-  
tenui. Pyropi bractea ignescit.  
Hæc ille luculentissime, quibus, nisi

simus asello stolidiores, docemur  
Pyropum esse rem cum aere, tu aui-  
ro compositum, ex qua Pyropi bra-  
ete conficiuntur, qua ita auro ad-  
mitte ignescunt, eaq; dictio hinc co-  
queta est ex duabus grecis dictioni-  
bus τύρων επειδή οὐτώ quod latinus est  
aspicio. Quam ob rem Pyropum ni-  
bil aliud significare uidetur, quam  
fuciem, aspectumq; igneum. Id enī  
suopte ingenio aspectum presefert i-  
gneum. Hinc ille in suis transforma-  
tionibus aptissime

Regia inquit solis erat sublimibus alta col<sup>nis</sup>  
Clara micatae auro flamasq; imitatae Pyropo.  
Indicat inibi poeta ille ingeniosissimus  
solis regiam non Carbunculis esse or-  
natam, sed Pyropi laminis flamas  
imitantibus esse undecunq; cōtextam,  
ita ut hinc clara esse uideretur, et  
perpetuis quasi flammis emicaret.  
Proinde explodenda tot Grammati-  
corum parum peritorum ea in re sé-  
centia est, cum Pyropum gemmam  
Carbunculum significare ad unum  
omnes sine ulla ratione censuerunt.

Quid: si docebo Pyropum nusquam  
nisi in vnitatis numero reperiri ex  
plurimis praeclarissimorum poetar:  
rum locis ostendam, quod de gen:  
ma dici minime potest. Nam que  
gemma usquam reperitur, que no  
utroq; in numero legatur! En ti  
bi. Carbunculus, li. Amethystus.  
sti. Chrysolathus, thi. unde codé  
in loco Quid. p iuga Chrysolithi, et  
reliqua eiusmodi omnia, Id autem  
Pyropo minime contigit. Pyropum  
enim in singulari duntur at cuius

ubiqz apud preclarissimos tum Grecos, tum Latinos, et classicos quidem  
auctores. Pyropum item cum nomine legitur  
est, ut aiunt, substantium, numero  
multitudinis priuatur: si vero ap-  
positum erit, ut apud Aeschylum  
in prometheo uineto reperitur his  
uerbis οὐέπειραν πυρονίνε  
δίος μολεῖν κεγενόν, os νέτη εξ-  
αιτωρίσκος quod est ac nisi ue-  
lis Pyropum ab Ioue fieri fulmen,  
quod uniuersum perdet genus: Idem  
auctor preclarissimus eadem rene-

Δρόσον μνελωπὸν dixit cum ele-  
ganter tum perite. His enim uerbis  
sub Argi nomine oculis innumeris  
propè insignibus Coelum significat  
tot luminibus nempe ac stellis un-  
decunqz prædictum. Ad hæc Cumol-  
pus poeta apud grecos inter heroicos  
haud quanquam postremus Diony-  
ssuz cognomento Tyropum uocauit.  
bis uerbis αἴρεο φαῖ διονυσον  
καὶ εὐτίκαιη πνεωπον. quod est  
lucentem radijs Dionyssum, atqz ore  
Tyropum.

His igitur ex locis tam nobilium  
poetarum diem esse Pyropum ut  
ante docuimus; ære, et auro metal-  
lis compositam colligimus, et ap-  
positum etiam, quod Mercurio,  
Fulmini, Dionyssō, et alijs forsam  
conuenit, quod insignes poeta usur-  
pare minime dubitarunt. Strabo  
insuper, qui circa Augusti prin-  
cipis tempora dignissimos illos de ter-  
rarum orbis ue situ libros conscri-  
ptos reliquit, ea in parte operis,  
qua Persarum mores enarrat de

Pyrepo hoc nostro mentionem fecisse videatur προαι inquiens  
τὸν μέσαν τιθέμενοι στήμη,  
διακούδεν νεκρῷ περοφέρεντοι  
καθέπερ οὐδὲ ἐπιτίθενται το-  
πελού αὐτῷ φέγγοις.

Quis nos sic latine Persae Pyrenai  
honore prosequentes, ideo neq; ca-  
davim praferunt, mult neque  
tarem ab honorem ipsi fertunt.  
Sed et me rem tibi non iniici-  
am præful clarissime factur,  
esse arbitror. si poetarum, qui

de Pyropo mentionem fecisse lo-  
guntur, loca singula recitem, et  
a Lucretio, ut propter uetusiorc in-  
cipitam, is enim rerum natura  
libro. II.

- Nāq, alias uti clara sic rubra pyropo.
- Manilius itē astronomicoz uolumin-
- Feminum rubro uulta suffusa Pyropo.
- Propertius lib. iij Clegia de fove phoenetico.
- Picta nec inducto fulgebat Tarma Pyropo.
- Ouidius item lib. transformationum 11.
- Regia solis erat sublimib° alta columnis
- Clara micante auro flamasq; imitate Pyropo

Hi sunt quatuor insignes apud latinos poetæ, qui suis bisce carminibus Pyropum non esse carbunculum clarissime indicant. Et qui res mira est, communi quasi consensu, et in auferendi casu, et vnitatis numero in fine carminis Pyropum collocarunt. Postremus hoc accessit Jo: Jouianus conterraneus et ipse meus eodem in loco, casu, Pyropi nomen collocauit in Lepidinę pompa tertia, ubi ait.

, Est illis adamante nouo et uariata Pyropo.

- , Fibula cōcordis thalami felicia uincula.  
Quo in loco rei huiuscē imperitus  
Pyropum gemmām esse arbitrari  
uidetur. Quid' num et sapientissi-  
mus poeta ille Etruscus, quid sit  
Pyropum non ignorasse uidetur?  
quando pereleganter, et a prissime  
in fama Triumpho dixerit.  
, Poi fiameggiaua a guisa d'un Pyropo.  
Vbi dubio procul legendum est, à  
guisa di Pyropo, non d'un Pyropo,  
quandoquidem illē us uim ac po-  
tentiam huiuscē nominis optime te-

nuisse credendum est: immo et  
et Baptista ille Mantuanus car-  
mellarum ordinis decus ater-  
num libro Quinto de Gonzage  
Triumphis Tyropum quid pro-  
prie sit, optime cognouisse vide-  
tur hisce in urbibus.

Ecce procul sepius rutilat domus alta  
rotundis

Ignea, et ardenti circumstita Py-  
rozo.

¶ Sed huius me loci Antonius Ca-  
sarius Cesena iuuenis admo-

dum cruditus admonuit, post  
summam huic operi manum im-  
posuit: Cao vero, qui neminem  
sua laudi fraudandum vixit,  
indictum praecorire minime vo-  
lui, sicut longe ante eius statim  
et tot ante secula protinus illi lati-  
na facundia principes, qualis  
ipse Lucretius, qualis Manili-  
us, qualis Ovidius, qualis do-  
mum Propertius conterraneus  
ille meus nunquam fecerit enim.  
Quocirca uir doctissime tot cla-

rorum virorum testimonio freti,  
ut toties à me repetitum fuit, tot  
à me recitatorum grammaticorū  
nomina explodamus: cum nulli:  
us eruditī scriptoris testimonio  
nitantur, ac Plinium unum om:  
nium instar sequamur, et ample:  
xemur, eoq; prestanti duce, et au:  
etore tam celebrato Pyropum in  
lucem prodeat, et uerum sui ipsi:  
us nomen recuperet: Qui atq; Isi:  
dori illius Hispani non mediocri  
auctoritate atque adiumento se'


tucatur. Hic enim Pliny sententiam  
optime percepisse uidetur, cum de  
sumptis Plini uerbis coronarum  
inquit es ex ductili are tenuatur in  
laminas, taurorumq; felle tinctum  
speciem auri in coronis histriionum  
præbet, unde et appellatum Pyropū  
igneus color uocauit. Namq; in si  
gulas uncias aris additis scrupulis  
auri senis prætenui bractea ignescit,  
flamasque imitatur, unde et Tyro  
pum dicitur. Marcianus item Ca  
pella in nuptijs philologicæ priore in


libro, quid nam Pyropum esset,  
minime ignorasse uidetur, cum  
inibi Mercurio calceos ex Pyropo  
concinnat aptissime, qui secus lu-  
nam leni quodam, tenerojs uultu  
fulgorem ex fraterna lampade re-  
sumebat. Hic mi domine ad scribā  
Ammiani Marcellini locum, quo  
ille libro historiarum xxvij aper-  
tissime Pyropum depingit, agens  
de orbibus, qui in Obeliscorum  
uerticibus à Priscis superimponi  
solebant, et cur? Obeliscus igitur


, ille inquit Ammianus in media  
cauea circi, nempe eius sphera su:  
a perimponitur aenea, aureis lami:  
nis nitens, qua confessim ui ignis  
diuini contacta. ideoqz sublata  
facis imitationem in figura ahe:  
num, itidem auro imbratū  
uelut abundantī flamma can:  
dentis. Hac Ammianus, ex quo  
Tyropum graphice describitur,  
quod maxime eo ex orbe aeneo au:  
reis laminis splendescente: ignis  
exurgere solis radijs exardescen:

tibus maximum in modum ui-  
debatur ~

**FINIS**











40

206

